

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum petens debitum in tempore sacro mortaliter peccet? 6

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

propter eamdem rationem. Sed in loco sacro non licet petere debitum. Ergo nec in tempore sacro.

RESPONDEO dicendum, quod actus matrimonialis quamvis culpa careat, tamen quia rationem deprimit propter carnalem delectationem, hominem reddit ineptum ad spiritualia: & ideo in diebus, in quibus præcipue spiritualibus est vacandum, non licet petere debitum.

Ad primum ergo dicendum, quod tempore illo possunt alia adhiberi ad concupiscentiam reprimendam, sicut oratio & multa huiusmodi, quæ etiam illi adhibent qui perpetuo continent.

Ad secundum dicendum, quod quamvis non tenetur omnibus horis orare, tamen tenetur tota die se conseruare idoneum ad orandum.

ARTIC. VI.

Vtrum petens debitum in tempore sacro, mortaliter peccet?

268

*tib. 1.c.9.
non pro-
cul a pr.*

** Al. sa-
cratamētis*

AD sextum sic proceditur. Videtur, quod petens debitum in tempore sacro, mortaliter peccet. Gregorius * enim dicit in 1. Dial. quod mulier, quæ nocte cognita est a viro, mane ad processionem veniens, à diabolo est arrepta. Sed hoc non esset, nisi mortaliter peccasset. Ergo, &c.

¶ 2 Præterea, Quicumque facit contra preceptum diuinum, mortaliter peccat. Sed Dominus picceppe Exodi 19. Ne appropinquetis vxoribus vestris; quando scilicet erant legem accepturi. Ergo multo magis peccant mortaliter, si tempore quo * facitis noxlegis intendendum est, cum vxoribus viri commisceantur.

SED contra, Nulla circumstantia aggrauat infinitum. Sed indebitum tempus est circumstantia quedam. Ergo non aggrauat in infinitum, ut faciat mortale, quod alias esset veniale.

RESPONDEO dicendum, quod debitum petere in die festiuo, non est circumstantia trahens in aliam speciem peccati: unde non potest in infinitum ²³ grau-

guare: & idèo non peccat mortaliter vxor, vel vir,
si in die festiuo debitum petat: sed tamen grauius
est peccatum, si sola delectationis causa petatur,
quam si propter rimorem, quo quis sibi * cauet de * Al. tit.
lubrico carnis, debitum petat.

Ad primum ergo dicendum, quod non fuit puni-
ta mulier illa, propter hoc, quod debitum reddidit,
sed quia postmodum se temere ad diuina ingessit
contra conscientiam.

Ad secundum dicendum, quod ex auctoritate illa,
non potest probari, quod sit peccatum mortale;
id quod sit in congruum. Multa enim ad * mundi. * Al emis-
sionem carnis pertinentia exigeabantur de necessitate, datione.
recepit in veteri lege, quæ carnalibus dabatur, quæ
in noua lege non exiguntur, quæ est lex Spiritus.

ARTIC. VII.

vñus coniunx teneatur alteri debitum red-
dere in tempore festiuo?

269

A septimum sic proceditur. Videtur, quod non
teneatur tempore festiuo reddere debitum. Quia
seccantes & consentientes, pariter puniuntur: vt pa-
rt Roman. I. Sed ille qui reddit debitum, consentie-
tenti, qui peccat. Ergo & ipse peccat.

¶ 2. Præterea, Ex præcepto affirmatiuo obligamur
ad orandum, & ita ad aliquod tempus determinatum.
Irgo pro tempore illo in quo quis orare tenetur,
reddere debitum non debet: sicut nec eo tempo-
re quo tenetur temporali domino ad speciale obse-
quium.

SED contra est, quod dicitur 1. Cor. 7. Nolite frau-
dare inuicem, nisi ex consensu ad tempus, vt vacetis
rationi. Ergo quando coniunx petit, reddendum
est ei.

RESPONDEO dicendum, quod cum mulier ha-
bet potestatem in corpore viri, quantum ad actum
generationis spectat, & è conuerso; tenetur vñus
alteri debitum reddere quocumque tempore & qua-
cumque hora; salua debita honestate, quæ in talibus
Supplementum.

OO exi-